

Massaini, Tiburtio. [Missae quinque et sex vocum . . . motectorum liber primus.]
Venezia, Angelo Gardano. 1578. RISM M1269.

Title:

Title page missing.

Dedication:

IOANNI ANTONIO VLPIO | EPISCOPO COMENSI. | Tibertius Massainus. |

MVnus humile, ab humili ingenio profectum, tibi humiliter offero, Antistes ornatiss: hos |
scilicet meos concentus, ut uiri in altissimo dignitatis gradu constitui, & omni laude cir-
cumfluentisforum humilitas subleuetur. Cum enim Venerandum canonicorum | Ecclesiae
tuæ Collegium, quod te maxime obseruat, ac colit, mihi prouinciam moderandæ | in ipsa
Ecclesia Musicae demandatit. (cuius modi onus nec ego vnquam antea suscepi, nec | ipsum
Collegium cuiquam alij unquam imposuit) recte me esse facturum existimaui, si has | meas
uigilias, quas a quo tempore in hand Urbem ueni primas cum Musicae studiosis com-
munico, tibi, qui, primum in Ciuitate obtines locum dicatas emitterem, praefertim cum |
tibi cum re que hic tractatur rectissime conueniat, Musicam enim hi libelli continent:
Musica porrò in numeris | quibusdam ac proportione consistit, quæ quidem sine ordine esse
non possunt; ordo autem in tuis actionibus | maxime cernitur, nihil .n. agis in quo non
summa moderatio, summa prudentia eluceat, quod quidem patria | tua quotidie experitur,
quam diuino iure sic temperas, ut ex doctrina, religione, ac sapientia tua fructus ca-
piat uberrimos. Huc accedit; quod cum tu, quæ tua est benignitas, maxima in me beneficia
contuleris, quo | nihil mihi honorificentius, nihil ad meam laudem illustrius esse potest;
grauiter mihi peccare uiderer, nisi ubi | ferret occasio, grati animi mei testimonium aliquod
darem: erit autem tuæ humanitatis, quam omnes in Cœ-
lum ferunt, non animum meum
ex te, quæ tenuissima est, sed ex animo potius ipsam tem pendere, qui quidem | animus,
cum ad res maiores nunc quidem adspirare non possit, in minimis faltem, hoc est in ijs
quas potest, la-
tere non debet, quod si quando acciderit, ut in maioribus operam tibi
aliquam nauare possim foeliciter pror-
sus mecum actum putabo. Interim supplex a deo
petam ut te Pastorem optimum, excubantem animo semper | pro tui gregis salute
diutissime seruet incolumem. |

Index:

INDEX Missarum.

Missæ Rorate Cœli. Quinq; voc.

Missæ Nuncium vobis. Quinq; voc.

Missæ Omnes gentes. Sex voc.

Index Motectorum.

Omnes gentes plaudite manibus Prima pars A 6.

Pfallite Deo nostro Secunda pars A 6.

Contents:

Missa Rorate Cœli A 5

Missa Nuncium vobis A 5.

Missa Omnes gentes A 6.

Omnes gentes plaudite manibus iubilate Deo in uoce exultationis . . . quem dilexit
ascendit Deus in iubilo et Dominus in uoce tube. Prima pars A 6.

Pfallite Deo nostro pfallite Regi nostro quoniam Rex omnis terre Deus . . . cum Deo
Habraham quoniam fortes terre uehementer eleuati sunt. Secunda pars A 6.

Part-book:

TENOR D-F4 24pp. Dedication. Index.

Remarks:

Oblong quarto format. Copy consulted: F-Pn (digital copy). RISM M1269.